

n.l. Plagij, la 2. ver b. iusta ducti. C. ad l. Flavianam de plagiar. dicens, quod quilibet ignorantia, etiam iuris, excusat a dolo: & est communis regula secund. Curt. l. in l. i.
 14 *n. 6 ff. quod quisq. iur. q. Vbi t. addit, quod imo quilibet* credulitas, etiam fatua, excusat a dolo, & quod bona fides potest causari etiam ex iniustis & temerariis causis, dicens, menti tenendum ex testimonio Baldi. *q. Et quæ-*
 15 *libet t. causæ, etiam minima iusta & etiam minus legi-* tima, excusata dolo, vt late tradit Matth. de Afflict. de
 16 *cus. N. cap. 360. n. 6. q. Et quod t. quilibet causæ, etiam in-* iusta & bestialis, excuset a dolo, testatur communem
 42. *C. de transact.*
 17 *Quælibet t. etiam causæ, licet iniusta, excusata a mul-* ta, gloss. in l. satisq. ff. de in ius voc. similis in l. i. *ver b. hoc* *iudicium, in fin. ff. si quis ius dicenti non obtemp.* vbi Dd. *eam* sequuntur. Et illa glo. solet ad hoc semper allegari *secund. Paul. in s. i. illius l. nu. 2. sequitur Orosc. in d. l. v-* *nic. s. fin. n. 7. refert lal in d. s. qui iurasse, in princ. n. 6. Sed* *notarius hic satis causæ habuit credendi, omnia sole-* *mnia interuenisse in ipsa exsequutione propter senten-*
 18 *iudicis (de remate, vulgo dictam) quia t. tanta est iudi-* *cialis auctoritas, vt pro ipsa semper presumi debeat, do-* *nec contra ipsam aliquid legitime comprobetur, in c. in* *praesentia, & venunt. Igitur excusatus remanet notarius.*
 19 *Secunda & t. principalis ratio in fatorem d. notarij* *accusati est huiusmodi. De falsitate quis puniri nō po-* *test, nisi talis falsitas sit alicui nocitura; Nam si alteri* *damnum non inferat nec possit inferre, licet falsum cō-* *mmissum sit & dolose tamen talis falsitas non punitur,* *iuxta tex. & gl. Cyn. Bar. Bal. & Saly. in l. damus, C. de falsi-* *Ang. in tract. de malef. ver b. fallario, n. 3. fol. mibi 81. tradit* *bene Mat. de Affl. et. der. N. cap. 21. n. 12. & seqq. testatur* *communem plures referens Cou. de pact. in 6. i. p. 7. n.* *6. col. 3. illius n. tradit etiā Rol. a Valle consil. 38. n. 19. & seqq.* *lib. 1. l. 1. consil. 153. col. 4. lib. 2. quem refert Aymon consil. 46.* *n. 1. lib. 1. Et vltra dolum requirit, quod falsitas sit alteri* *noctua ad hoc, vt puniatur, tenet etiā Paul. de Cast. consil.* *157. n. 1. & seqq. lib. 1. testatur communem plures referēs* *& dicens, ita fuisse seruatum per Senatam in quodā er-* *rore commisso per quendam notarium, lul. Clar. in pract.* *S. falsum, ver s. item excusatur, vbi late agit, an aliqua pœ-* *na extraordinaria puniatur, & Bossius in d. fals. n. 90. sed in* *nostro casu ex præd. assertione vel relatione notarij, de* *qua accusatur, nullam alicui damnum illatum fuit; Nam* *etiam absq; ea index præcipere tradere possessionē bo-* *norum pro exsequutione captorū ipsi creditori virtu-* *te d. sententiæ de remate, a se prolata, vt est probatum, &* *præterea est notorium, & sic non datur falsitas saltē pu-* *nibilis: quo fit, vt nec etiam damnum aliquod immed-* *iate inferri potuit ex d. assertione solum, sed ex ipsa* *met sententia.*
 20 *Tertia & t. præcipua ratio in fauorem d. notarij est:* *quia non creditur verbis notarij de iis, quæ tempore in-* *strumenti geri non potuerunt, text. in c. quoniam contr.* *de probat. & ibi Doct. præcipue Innocen. & per Bart. in l.* *seruandum, ff. de verb. oblig. gl. & Doct. in l. i. C. de fide instru.* *& iure hys. fiscal. lib. 10. Paul. de Cast. consil. 186. n. 2. l. i. idem* *Paul. consil. 428. n. 5. lib. 1. dicens, non credi notario asserenti* *hoc interuenisse, nisi in ijs, quæ tempore instrumenti* *fieri potuerunt, & sic non creditur verbis instrumenti* *dicentis, item contestatam, iuratum de calumnia, & c. Et* *hæc est communis regula secund. eund. Paulum consil. 202.* *n. 4. lib. 1. vbi limitat duob. modis. Primo, si tempore cō-* *fessionis instrumenti, quādo aliquid narratur per prius* *interuenisse, pars præsens & tacēs fuit. Secundo qñ non* *fuit præsens, sed est temporis longinquitas, ita qd diffi-* *ciliter vel nullo modo potest probari: quia tunc presu-* *mitur pro narratis in instrumento, etiam si tēpore con-* *fessionis ipsius gesta non fuerint nec geri potuerunt.*

Sed sic test quod quando falsitas committitur circa
 id, quod de se non probat, nō nocet, vt tenet Hippolyt.
 in l. qui falsam, n. 26 ff. de falsi. & ex falsitate cōmunita super
 scriptura, cui nulla fides danda est, prout est scriptura
 priuata (vel adde tu relatio instrumenti, de iis, quæ nō
 potuerunt tempore instrumenti geri, vt supra dictum
 est) nulla pœna venit quis puniendus, gl. & Doct. in
 in l. damus, C. de falsi. Paul. de Castro consil. 130. per totum,
 vbi in finem, vol. 1. vbi alios allegat, Roland. a Valle plures
 referens consil. 38. num. 9. & 19. lib. 1. Crauet. consil. 46.
 num. 1. volum. 1. q. Vbi, quod t. hoc casu accusatus neq;
 22 *extraordinarie debet puniri ex consilio Pauli sup. præ-* *xime relato, testatur communem Iulius Clarus vbi su-* *pra, versiculo, item excusatur, ibi, hinc inferitur, vbi etiam,* *an extraordinarie puniatur. Et de scriptura priuata vi-* *dendus est Bossius in sua practica criminal. tit. de falsi nu-* *mer. 81. & sequentibus. q. Et inquit t. idem Bossius in d. 23* *his, qui sibi adscrib. in testamento, numer. 6. quod semper* *ponderatur in proposito, quod scriptura faciat fidem,* *adeo, vt si etiam a principio non fecisset fidem, & ta-* *men postea ex alio statuto superueniente faceret, ces-* *saret pœna dict. tit. dicens esse communem. Quibus* *simul in cōtis cum bona fama & fidelitate probata dicti* *notarij, quam etiam aliqui ex doctoribus supra citatis* *considerant, absolendus venit præfatus notarius saluo* *mehiori iudicio Placentiæ 21. mensis Iulij ann. 1574.* *Hæc causæ iudiciali sententia fuit diffinita, qua index* *declarauit, viso hoc consilio, dict. tabellionem dolo ca-* *ruisse in supradictis, de quibus accusatur: & propter* *aliquam culpam & negligentiam fuit condemnatus qua-* *dam leui pœna extraordinaria, pecuniæ scilicet & exli-* *lij voluntarij.*
 *Post huius operis primam editionem ad manus nos-
 tras peruenerunt consilia Doctissimi Francisci Beccij,
 qui in consil. 78. per totum lib. 1. alium notarium de falso
 accusatum defendit ex omnibus præd. rationib. & cō-
 munitis conclusionibus, quas ibi in terminis probat
 & pluribus auctoribus exornat, & præterea ex aliis suo
 casui opportunis, sicq; hæc duo consilia simillima ad
 defendendum notarios in similibus casibus de falsitate
 accusatos.*

SUMMARI A.

- 1 *Consuetudo excusat a pœna temporali, licet non ab spi-* *rituali.*
- 2 *Consuetudo, etiam non legitime prescripta, sed quando* *aliquid sit per quatuor vel quinque annos, & publi-* *ce licere arbitretur, hoc solum excusat a pœna tem-* *porali.*
- 3 *Consuetudo excusat notarios & alios scribentes & pœna* *falsi.*
- 4 *Vnus testis contradicens instrumento (quod ad mate-* *riam criminalem attinet) non operatur plus, quam* *ut detur iudici materia inquirendi & capiendi, &* *quomodo tunc coadiuuatur instrumentum? n. 5.*
- 6 *Testes quot aduersus instrumentum requirantur ad* *pœnam falsi imponendam tabellionis & ad torturam.*
- 7 *Instrumentum non debilitatur, etiam si testes instrumen-* *tarij non recordentur ipsius.*
- 8 *Facilius fit reprobatio instrumenti, ne ei detur fides,* *quam vt falsum arguatur.*
- 9 *Testes instrumentarij si directo contradicant instru-* *mento, nemo potest de falso propterea puniri, nec* *notarius propter testes, nec testes propter instru-* *mentum.*
- 10 *Testes quot requirantur pro reprobatione instrumenti,* *& n. seqq. & que debeant interuenire, add. n. 12.*
- 13 *Quando vnus testis in iudicio dixit, se non recordari,* *& extra iudicium affirmauit se recordari, detrahatur* *ei ius*

eius dicto iudiciali, adeo, vt secundum id sententia seren- *da non sit: & non adhibetur ei tanta fides quanta adhibe-* *retur, si contrarium non dixisset extra iudicium, vt in nu.*
 14.
 15 *Testamentum iure regio valet, & sustinetur, quamuis nul-* *lus haeres in eo instituitur, & quis tunc succedat?*
 16 *Ratio, quare testes vicini requirantur iure regio in testa-* *mento nuncupatiuo.*
 17 *Presumitur quis errore potius aliquid fecisse, quam ex ma-* *litia, vt a pœna falsi excusetur.*
 18 *Si vnus fuit dictum per contrahentes, & aliud scriptum* *per notarium, non presumitur dolose, imo errore factum,* *nisi alijs circumstantijs aliud appareat.*
 19 *Tabellio priuatus, si conficiat instrumenta tanquam ta-* *bello, non punitur pœna mortis, quia habuit primordi-* *um veritatis.*

CONSILIVM XXXVIII.

Offert se nobis defendendus alius Tabellio rura-
 lis, qui accusatur ex eo, quod instrumenta de qui-
 bus a partibus fuit rogatus non impleteret: sed in albo
 dimitteret scribens solummodo substantiam eorum,
 & concessionem, vulgo dicto, el otorgamiento de las par-
 tes.
 Sed hoc quamuis l. 13. tit. 25. lib. 4. nouæ copil. regiæ
 prohibeat, non tamen pœnam imponit in hac parte
 aliter facientibus, sed contra eos, que tomando las escri-
 pturas por registro o memorial, o en otra manera las dan signa-
 das: sin que primeramente, se asienten en el libro y protocolo. Et
 quamuis aliqua pœna imponi posset priori casu, ab ea
 tamen excusat consuetudo vniuersalis apud omnes ta-
 belliones, qui idem faciunt, vt probatum est in pro-
 cessu. Quia t. consuetudo excusat a pœna temporali, li-
 cet non ab spiritali iuxta gloss. in c. cum venerabilis, de con-
 suetudin. latissime Iason. in l. de quibus, numer. 7. & sequenti-
 bus, Digest. de legibus idem in l. singularia, numer. 46. in fine, &
 numeris sequentibus, Digest. si cert. pet. & ibi additio Barcel. su-
 per n. iur. 25. l. 1. A. idem Iason. in l. 3. §. iurari, numer. 16. ff.
 de iure iur. loam. Orosc. in l. quod non ratione, numer. 7. & 8. Di-
 gest. de legibus vbi loquitur in consuetudine etiam ini-
 qua, & irrationabili & latissime Couartu. de pact. in 6. i.
 part. 5. §. 7. numer. 2. column. 2. illius numeri & Auend. 1. p.
 c. 2. numer. 14. & Hippolyt. in l. i. in princ. numer. 82. & sequen-
 tib. ff. ad l. Cornel. d. sicar. & omnino est videendus Capola
 consil. crimin. 13. per totum.
 Vbi, t. quod etiam si consuetudo non sit legitime
 præscripta, sed aliquid fiat per quatuor, vel quinque, an-
 nos, & publice licere arbitretur, hoc solum excusat a
 pœna temporali.
 Et t. aliqui ex supra dictis præcipue Hippolyt. vbi su-
 pra alios allegans addit, quod consuetudo excusata
 pœna falsi, & l. i. in d. l. de quibus, numer. 9. quod consue-
 tudo excusat notarios, & alios scribentes a pœna falsi,
 idem in d. l. 3. §. iurari, numer. 16. circa secundum caput, de
 quo idem notarius accusatur, nempe, quod confecerit
 codicillum falsum, quia testator eum non concessit
 vt testatur vnus ex testibus instrumentariis, & alii
 duo scripti etiam in eodem codicillo dicunt se non re-
 cordari: hoc non obstante dictus notarius puniri de
 falso non potest: quoniam ipse produxit alium testem
 si se digam affirmantem fuisse concessum d. codicil-
 lum a testatore sicut in eo continetur, quia ipse id vidit,
 & quod fuerunt præsentem concessionem testes in ipso
 codicillo descripti, quorum duo supra dicti id non
 contradicunt, licet eius facti non sint memores: iuxta
 ea que tradit Aegydus Bossius in sua pract. crim. tit. de falso.
 4 numer. 28. & sequentibus. Vbi t. tenet, quod licet vnus
 testis contradicens instrumento redat ipsam suspen-
 sionem, tamen quod ad materiam criminalem attinet,

non operatur plus, quam vt detur iudici materia inqui-
 rendi & capiendi. Et nu. 30. & sequentibus inquit, quod
 hæc suspicio eneruatur t. coadiuuando instrumentum,
 & coadiuuatur per testes scriptos, vel alios non roga-
 tos, quando est testis ex necessarii ille, qui contra di-
 cit: quia si est superuacaneus, instrumentum satis est
 coadiuuatum per se, quia restat sufficiens numerus: &
 ad coadiuuandum testibus instrumentum sufficit, quod
 sint tot coadiuuantes, quot impugnantes, quia præ-
 ualet instrumentum propter auctoritatem notarij &
 ibi, quid quando impugnantes sunt plures. Et numero
 31. infert satis ad propositum, quod si vnus solus con-
 tradicit, etiam vnus solus coadiuuat, quia vna suspicio
 tollitur per aliam. Et t. tandem numero 40. quærit an
 duo testes impugnantes faciant, vt notarius possit puniri
 de falso & numer. 41. concludit cum Salic. quem se-
 quitur in l. in exercendis, vers. quarto, iuxta quæstio-
 nem præcedentem in fine quæstionis, numer. 5. Codic. de
 fide instrum. quod tres ad minus testes instrumentarij
 requiruntur ad pœnam falsi, & ad torturam duo, &
 quod vnus contra alium non facit indicium. Idem plures
 allegans probat Roland. a Valle consil. 38. numer. 3. & sequen-
 tibus lib. 1. post Aymon. consil. 74. numer. 3. cum ergo in præ-
 senti casu non sit, nisi vnus testis contradicens, alii au-
 tem sint adiuuantes instrumentum, consequens est, vt
 t. minime possit puniri de falso notarius, hic, cum cæ-
 teri testes instrumentarij non contradicant, licet non
 recordentur, quod non debilitat fidem instrumenti,
 vt est text. expressus in l. 11. in versicul. capor. esso, ibi. E
 los testigos, ante quien fueren fechos no se acordassen de ellas. tit.
 18. part. 3. quia memoria hominis labilis est, nec com-
 muniter testes sunt intenti sicut tabellio, vt inquit ibi
 Gregor. Lopez in glo. e los testigos, & interminis tenet Salic. in
 d. l. in exercendis, numer. 5. Aegyd. Bossius in sua pract. criminal.
 tit. de falsi. num. 11.
 Pro t. quo etiam facit: nam facilius fit reprobatio in-
 strumenti, ne ei detur fides, quam vt falsum arguatur,
 vt alios allegans tenet Aymon. Crauet. consil. 56. numer.
 20.
 Et t. inquit singulariter Thom. Gramma. alios allegans 9
 voto 26. num. 16. quod si testes instrumentarij de directo
 contradicant contentis in testamento, nemo potest
 propterea de falso puniri, nec notarius propter testes,
 nec testes propter instrumentum, quem refert & sequitur
 Roland. a Valle consil. 38. num. 41. lib. 1.
 Faciunt t. etiam in fauorem huius notarij tradita per 10
 Couart. lib. 2. var. resol. cap. 13. numer. 11. vbi resoluit cum
 communi, duos testes ad minus requirit pro reprobatione
 instrumenti, & tres, vbi præter authorita-
 tem tabellionis testis vnus pro instrumento testimo-
 nium exhibuerit, & non requirit ad auctoritatem in-
 strumenti ipsius tabellionis vna vocis testimonium.
 Et t. licet asserat instrumenti fidem vacillare per
 11 *vnum testem instrumentarium ex his qui necessario* *ad esse debent ad integritatem, & vim instrumenti, si* *aduersus id testificetur, id tamen procedit respectu fi-* *dei instrumenti, non tamen respectu notarij, nec con-* *tra eum, maxime quando adest alius testis in fauorem* *instrumenti, per supradicta. Et num. 12. dominus, Praesul* *vbi supra t. concludit plura requiri ad reprobationem* *directam instrumenti publici iure regio: primo quod* *tabellio non sit bonæ famæ. Secundo testes ipsos esse* *probos viros. Tertio actum ipsam, cuius instrumen-* *tum meminit non esse antiquum, sed paucis ante an-* *nis contigisse. Quarto quod omnes testes instru-* *mento adscripti vnanimi & concordati testimonio ad-* *uersus instrumentum iurati testificentur per dict. leg. 115.* *titul. 18. part. 3. quæ lex optima est, & expressa in* *proposito, & ponit gladium ad radicem. Nam dicit,*
 EEE

que si el escriuano dixere ante el iuez que el escriuiera la carta sobre que se litiga y que es verdadera y los testigos que fuesen escritos en ella dixessen que no se acertaran, y quando el pleyto fue puesto nin torgado de las partes asi como es escrito en ella, estonce si el escriuano es ome de buena fama, e fallaren en la nota que es escrita en el registro que concuerda con la carta deue ser creydo el escriuano e no los testigos, deue valer la carta. Esto es por que muchas vezes acontece que los omnes son testigos de pleytos de que no se acuerdan despues, &c. Quam l. multum notandam & menti tenendam asserit ibi Greg. Lop. in gl. e los testigos. Et inquit bene aduertendum, quia corrigi communem opinionem de iure communi: & loquitur etiam lex illa quando testes, qui fuerunt descripti contradicunt instrumento, & non solum si simpliciter dicant se non interfuisse, verum etiam & si deponant rem non ita se habere nec ita fuisse sicut in instrumento continetur, & quod procedit etiam in contradicitione testium, qui essent necessarii in actu, de quo in instrumento. Ergo multo fortius procedit in nostro casu, cum tantum vnus testis instrumentarius contradicat instrumento indirecte, asserens se non fuisse presentem, & alii testes coadiuuent ipsum instrumentum, & adhibet probata bona fama notarii, quae multum in proposito operatur, vt late tradit Roland. a Valle vbi supra, num. 30. & sequentibus, & vnus ex testibus, qui in iudicio dixit non recordari, extra iudicium dixit recordari, vt est probatum, quo casu detrahitur eius dicto iudiciali adeo, vt non feratur sententia secundum eius dictum etiam si aliud deponeret in iudicio, ita Ant. de Butt. in c. cum in tua de testibus rem refert Felin. ibi, num. 6. sequitur alios allegans Roland. a Valle conf. 40. num. 12. lib. 1.

Item quando testis vnus asserit in iudicio iuramento, & aliud extra iudicium non adhibetur ei tanta fides quanta adhiberetur, si contrarium non dixisset extra iudicium: ita tenet Additio Angel. in tract. de malef. verb. falsario, num. 23. fol. 83. Alex. consil. 81. col. antepenul. vol. 3. Atet. consil. 71. vbi dicit, quod omnes Doct. in c. cum causa de testibus tenent, quod hoc casu debilitatur fides: quem refert & sequitur Boslius in sua practica crimin. tit. de opposit. contra testis, num. 3. Nec obstat diuersitas subscriptionis eiusdem testis in testament. & codicillo dicti defuncti quia id saepe euenit & contingere potest in vno eodemque homine, vt diuersas subscriptiones sui nominis faciat, vt probatur ex l. 119. in vers. Otrosi dezimos, tit. 18. part. 3. Praemaxime cum hic sit vnus tantum testis, & am. confet esse verum codicillum.

Non obstat etiam aliud, de quo accusatur, nempe quod non scripserit haeredem in testamento cuiusdam Catharinae: quia idem notarius probauit, quod ipsa testatrix eum non nominauit prout requiritur, ad hoc vt tabellio possit eum scribere, vt in l. inuenimus, Cod. de testamentis, & quod pater testatrix erat praesens tempore quo testamentum condebat, qui erat legitimus ipsius haeres propter defectum descendendum & non contraxit. Praeterea testamentum iure regio valet, & sustinetur quamuis in ipso haeres non instituitur, quia succedit in bonis testatoris, qui iuxta ius, & consuetudinem patriae alias debebat succedere si testator decederet in statu, vt in l. 1. tit. 4. lib. 5. noua copil. regie.

Defenditur vltimus idem tabellio ab alio, quod sibi imputatur, scilicet, quod scripserit testem in eodem testamento quendam vicinum alterius oppidi, & non ipsius vbi conditum est testamentum, prout debebat esse & requireretur ad valorem testamenti iuxta d. l. regiam; quoniam is testis est frater testatrix, & atambo simul enutriti sunt in eodem oppido, vbi conditum fuit testamentum, ibique testis multo tempore commoratus est, & optimis cognoscebat fororem suam te-

stantem. Et ratio, quae nititur dict. l. regia ad hoc, vt testes sint vicini est, vt cognoscant testatorem, vt sentit & probat D. Burg. de Paz in l. 3. Tau. 1. parte conclus. 3. numer. 346. fol. 215. dicens, quod ratio illius est, quia testes vicini facilius agnoscunt testatorem, & ea, quae in testamento scribuntur, quam forenses, & alienigenae. Sed in presenti nostro casu hoc cessat, quia frater testatrix, idemque testis optime eam cognoscit. Cessante ergo ratione legis cessare debet & ipsius dispositio, vt in legibus vulgaris. Vltimo defenditur praefatus tabellio a culpa, quae sibi imputatur, quod aliqua gesserit tanquam tabellio virtute mandati sibi dari a quodam publico ciuitatis tabellione ad ea gerenda, quamuis ipse non signauerit: propter suam simplicitatem & rusticitatem, quam probauit argumento l. penultima, C. de his, qui sibi ascrib. vbi ff. praesumitur quis errore potius quam malicia aliquid fecisse vt a poena falsi excusetur Quem text. notat Bal. in l. 1. §. fin. num. 8. ff. de legib. ad hoc, vt praesumatur ignorantia, & euitetur falsitas: & illam legem dixit notandam ad excusationem simplicium tabellionum Decius consil. 175. num. 1. vtrumque refert & sequitur Roland. a Valle d. conf. 38. nume. 31. volum. 1. & num. 3. cum gloss. & Bald. inquit, quod in dubio notarius non praesumitur falsarius. Et in notario inquisito de falso, quod error excludat dolum, & quod in dubio potius praesumatur error quam dolus per d. l. pennit. & l. senatus, eodem tit. tenet Paulus de Castro consil. 364. per totum vol. 2. Thomas Grammat. consil. 65. nume. 22. Aegydius Boslius vbi supra num. 56. vbi allegat. Bart. in l. quorides, §. sed ff. de hered. instit. dicentem, quod si vnus fuit dictum per contrahentes & aliud scriptum per notarium, non praesumitur dolose, imo errore factum, nisi aliis circumstantiis aliud appareat. Circa quam regulam, quae multum reddit notarios audaces in salutatibus committendis allegat bonas remissiones idem Aegydius vbi supra num. 68. quae sunt videndae. & Decius in l. si librarius, num. 12. & vbi eius additio, ff. de reg. iur. vbi sequitur regulam supra dictam & limitat in testamento; illud autem non fecit dictus tabellio, sed aliquas notificationes virtute d. mandati.

Et ff. facit, quod tradit Bald. in l. data opera, nume. 50. C. 19. qui accusat. non poss. vbi quod tabellio priuatus si conficiat instrumenta tanquam tabellio non punitur poena mortis, quia habuit primordium veritatis, quamuis aliter eum referat Auent. in 2. parte c. 20. pre. num. 1. Et generaliter est, vt falsi poena locum non habeat, vbi adest primordium veritatis, vt dixi consilio precedenti numer. 3. & sequentibus, sed hic accusatus antequam vteretur dicto mandato fuit tabellio publicus eiusdem loci, quamuis iam officium tabellionatus renuntiaffet, & alteri a regia maiestate fuerit collatum: ipse ergo acta gesta virtute d. mandati iuuantur primordio veritatis, hoc est officio publico tabellionatus, quod prius habuit exercuit, sicque iuncta sua sufficientate habet excusationem a poena falsi.

SVMMARIA.

- 1 Testes in causa criminali debent esse omni exceptione maioris
- 2 Testis idoneus dicitur, qui nulla exceptione repellere potest. (res.)
- 3 Affinitatis exceptio sufficiens est ad repellendum testem a testimonio.
- 4 Testes affines licet fuerint admitti minime probant. (testimonio.)
- 5 Solicitor in causa non potest in ea ferre testimonium.
- 6 Testibus per iuris non est danda fides. (est. fides)
- 7 Testis, qui in vno falsum deponit, minime in reliquo danda
- 8 Testis pluribus morbis laborans ex toto repellitur etiam si veritas aliter haberi non possit.
- 9 Negatiua coarctata loco, & tempore sufficiens est, maxime si simul testes deponant de affirmatiua, vt in num. 10.
- 10 Negatiua coarctata loco & tempore probatio.
- 11 Testes plures praesertuntur paucioribus etiam in criminalibus praemaxime in fauorem rei.

CON-

CONSILIVM XXXIX.

REi accusati ob resistentiam, quam dicuntur fecisse iudici, veniunt absoluedi: Tum, quoniam accusator id non probauit, ex regula iuris vulgaris, *actore non probante, &c.* Tum, quia etiam si testes producti ab actore in aliquo obessent reo, adhuc praed. testibus non esset credendum: quoniam in causis criminalibus testes debent esse omni exceptione maiores, vt in l. fin. C. de probat. ibi, idoneis testibus. Et ff. testis idoneus dicitur, qui nulla exceptione repellere potest, vt tenet gl. in §. item verborum, Instit. de ver. oblig. notat Abb. in c. 1. de testibus, & in cap. at si clerici, de iudic. Couarruuias de sponsal. 2. parte, capue 8. §. 12. numero 7. Sed duo testes, quos actor habet, pluribus repellere possunt exceptionibus.

Prima, quia affines sunt ipsius accusatoris: affinitatis autem exceptio sufficiens est ad repellendum testem a testimonio, vt resoluit Anton. Gomez 3. tom. variar. cap. 12. de probat. delict. num. 15. & probat text. in cap. 1. 3. question. 1. & in cap. praesens, 3. question. 9. tradit alios allegans Dionys. de Francis consilio 59. matrimon. numero 35. in 1. volumine consilior. matrimon. ¶ Quod ff. adeo procedit, vt etiam si sint admitti, minime probent, per text. & ibi communiter Doct. in l. parentes, C. de testibus, testatur communem Paulus Merend. consil. matrimon. 86. n. 42. d. 1. volum.

Secunda, quia, vt probatum existit, d. testes sollicitatores fuere hac in causa in fauorem accusatoris: Sollicitator autem non potest ferre testimonium in ea causa, vt tenet Roman. consil. 420. Alexand. consil. 153. col. 2. lib. 5. & alios plures referens Menoch. de arbitrar. iudic. quast. 73. num. 6. vbi num. 5. idem probat in procuratore, de quo est expressa l. 20. vers. Otrosi dezimos, tit. 16. part. 3. Et in sollicitatore, quod non possit esse testis idem tenet Burg. de Paz consil. 11. num. 15. allegans ad hoc cap. Romana, de testi. lib. 6. & d. l. 20. & asserit, hoc procedere, siue sollicitator habeat salarium, vel non: item, quia sollicitator dicitur habere maiorem affectionem in illa causa, quam procurator, & ideo in ea non potest esse testis, vt in decision. 21. Rota, de testi. in nouis, incip. sollicitator alias erat, decision. 154. quam refert Burgos, vbi supra.

Tertia exceptio est, quoniam hi testes falsi sunt in eo, quod deposuerunt asserentes, quod dominica statim sequenti, postquam fuit occisus dictus Gregorius, viderunt ipsos accusatos ingredi monasterium Sancti Francisci: quoniam pluribus aliis testibus est probatum contrarium: quam obrem prioribus non est danda fides, vt in cap. testimonium, de testibus & ibi Doct. Roland. a Valle consilio 16. num. 9. & sequentibus, lib. 1. & consilio 57. numer. 15. & sequentibus, lib. 2. Anton. Gomez. cap. de probat. delict. num. 15. ad finem. ¶ Testis autem, qui in vno falsum deponit, in reliquo minime etiam est danda fides, vt in l. si cui, §. eisdem, versic. si tamen, ff. de accus. bonus text. in cap. Pura, 3. q. 9. & in l. 2. & in l. qui falso vel varie, ff. de testibus, per quae iura & alia ita tenet Gandin. in tract. malef. tit. de falsar. num. 26. & Bonifac. in eod. tractatu, tit. de falsar. num. 22. vbi eius additio alios allegat, Roderic. Suarez allegatione 18. colum. 2. versic. primo, quia

dicunt, & optime ¶ Roland. a Valle consil. 7. num. 23. lib. 1. Et testis pluribus morbis laborans ex toto repellitur, etiam si aliter veritas haberi non possit, vt plures allegans resoluit Roland. a Valle consil. 3. num. 48. & sequentibus, lib. 3. & consil. 7. num. 41. & sequentibus, lib. 4. Mexia in l. Regia Toleti, in 4. fundamento prima partis, num. 27. & 29. & Beccius consil. 85. num. 19. lib. 1. Cum igitur hi testes tot tantisque laborent morbis, minime eis est credendum.

Secundo principaliter ideo rei absoluedi sunt,

quoniam pluribus testibus probarunt, non solum iudici se non resistisse, sed imo ei fauorem & auxilium praestitisse, vt delinquentem caperet. Et quamuis probatio haec videatur de negatiua, ac per consequens forsitan videre possit minus sufficiens, in contrarium est veritas, quoniam est coarctata loco & tempore, vt testes ipsi reorum deponunt, quod sufficit iuxta glossam in authen. de hered. & Falcid. §. si vero absum, verbo, & vidisse tibi, vsq. ad finem, & nihil potuisse fieri, collat. 1. & in leg. 1. in princip. ff. de iur. actuz, priuat. verban. non ibi. Quod probatur hoc modo, quod per eos, qui ibi prope stabant, non fuit visus ire, cum non potuisset iussu quia videretur, sequitur alios allegans Couarr. lib. 2. variar. resol. c. 6. nu. 8. versic. etiam, & Aegydius Boslius in practica crimin. tit. de defensorum, nu. 15. fol. 220. & est communis, vera & recepta sententia, vt ex aliis refert Iulius Clarus in practica criminali, §. final. questio. 52. versic. si tamen, coarctetur.

Maxime, cum ijdem testes non solum deponant de praedict. negatiua coarctata loco & tempore affirmantes, quod si aliud fuisset, ipsi sciuisent, & fieri non potuisset, quin viderent, quia semper praesentes fuerunt: sed modo affirmatiua quoque deponunt, nempe, quod seruerunt iudici & comitati sunt eum, auxilium & fauorem praestantes, vt tradit Matthaeus de Afflic. decis. 27. apol. 324. n. 9. & 10. Vltimo est aduertendum, quod hi testes deponentes in fauorem reorum sunt plures numero & omni exceptione maiores, sicque praefertendi sunt praedict. duobus testibus accusatoris, quamuis integri essent, item & etiam si de resistentia deponerent, quod non sunt nec faciunt, vt tenet Abbas in cap. in nostra, in finalibus verbis, & in cap. cum in tua, num. 2. de testibus, maxime in fauorem reorum, vt tenet Roman. in l. 1. §. fin. colum. 3. & in l. illa, ff. de verbor. obligatiomb. Felin. optime in c. ex literis, de probat. Marant. in l. is potest, num. 329. ff. de acquir. hered. Sic aliqui ex dd. reis fuerunt in totum absoluiti, alij vero leuissima poena condemnati, quia aliqua culpa adhuc resultabat contra hos, contra illos vera nulla, maxime attentata sua exoneratione. Laus Deo.

SVMMARIA.

- 1 Metus tormentorum idem operatur, quod tormenta ipsa.
- 2 Ille dicitur torqueri, qui est in loco, vbi timez torqueri.
- 3 Sufficit probare, quem fuisse detentum, vt eius confessio dicatur facta metu tormentorum.
- 4 Testis, qui vnus dixit in iudicio, & postea contrarium in alio dicto in tormento, non punitur de falso.
- 5 Testis potest corrigere dictum suum in continentis, id est, antequam partem alloquatur.
- 6 In continentis etiam dicitur, antequam publicate sint attestaciones, dummodo probeatur, testem non fuisse colloquutum cum partibus.
- 7 Testis potest corrigere dictum suum metu tormentorum, ante publicationem.

CONSILIVM XL.

FRanciscus testis accusatur de periurio, quia contraria in suis depositionibus iuratis deposuerit. Sed ab hoc defenditur. Primo, quoniam ad secundam depositionem faciendam fuit comminatus ad tormentum. ¶ Et ff. idem operatur metus tormentorum, i quod tormenta ipsa, vt in leg. nonissime, ff. quod fals. iur. auctor. ibi, quod si compulsus aut metuens, ne compelleretur, vbi eum text. ad hoc notat Bald. dicens, quod paria sunt, coheriter in tormentis, quod metu tormentorum, Bald. in l. interpositas, circa §. c. de transact. sequitur plures referens Hippolyt. in l. in crimin. n. 54. & seqq. ff. d. 99.

EEEE 2